



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Constitvtio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

ge.c.tua de test.aut iniungitur à lege, malè ei consulitur, si sequitur tale cō-
vel ab homine habente potestate ab
homine , & tunc debet alsequi assen-
sum illorum, per gloss.in cap. vnic.in
6. ne sed. vacan . credo tamen quod
committentis intentio esset aten-
denda , quando committent habens
authoritatem , in dubio procedit , vt
supra dictum est.

4 Q V A N D O ille de cuius consilio
aliquid est agendum, est mortus , vel
ita absens,quod non potest adiri , vel
non vult consulere , secundum Pan.
in.c.ex parte.de. constit. & in.d.c. cū
in veteri . Si periculum ex dilatione
imminet , semper sine consilio potest
procedi.Hoc sentit etiam Bartol.inj.
1.5. si plures sūt. de exerci. action . qui
de mente iuris est, vt si consilium nō
potest haberri, procedatur ad consum
mationem actus.vt in dicto capi.vni.
Si verò non imminet periculum , aut
ille est mortuus , & tunc si nomine
proprio expreſſo potestas consulendi
fuit sibi attributa, expirat mandatum ,
& secunda iuſſio debet expectari,argu.
in c . cūm dilecta . de reſcript . Si
verò fuit expreſſum nomen dignita-
tis debet expectari ſucceſſor.argu.cap.
quoniam Abbas. de officio delegati.
Idem ſi eſt ita absens quod eius con-
ſilium nō poſit requiri.Si verò eſt pra-
ſens, & non vult cōſuleret, vel abſens,
& non vult venire, nec conſilium pre-
ſtare, tunc poſtmodi tamen ſine con-
ſilio procedere, text.in dict.capit. cūm
in veteri, vel ſecundum Pan.in eo.ca.
poſterit appellare.

5 S i quis ex forma mandati debeat
requiriēt consiliū , & non perito con-
ſilio procedit ad actū, ſecundum Pa.
in d.c.ex parte, non valer, quando lex
a principio potestatem ei tradit cum
tali modificatione. Si verò prius ha-
bebat potestatem, & ſuperior munda-
uit fieri cuo cōſilio Titij, te net actus
ſine tali conſilio , licet transgredieus
veniat puniendus.argumen.in c.dile-
ctus.elect. 2. de p̄c̄ben.aliter quando
requiriēt assensus.hæc procedunt, de
conſilio, &c.

6 Q uia tenetur petere conſilium , &
ſcientes tamen immediatē ligantur,

filium aduerteret, non excusat,ur
quia licet tenetur petere, non tamen
sequi.secundum Panor in dict. capit.
cūm in veteri.ideo index qui tenetur
pronuntiare cum conſilio sapientis,
non excusat,ur , ſi malum conſilium
sequitur, ſecondum Bart in dict.5. ſi
plures.Nec fruſtrā dicitur eſte petiſio
conſilij, etiam quod non tenetur pe-
tens ſequi, quia petendo poſſet conſu-
lentes in ſuam traheat ſententiam, &
quia ſalus ibi, vbi multa conſilia . ca-
none pro verbis . vigesimaquaarta di-
ſtinctio.

CONSTITVTO.

1 C O N S T I T V T I O propriē dici-
tur, quam princeps statuit. can-
conſtitutio.distinctio.secunda, & lat-
gē prō omni iure accipitur, vt in cap.
cūm omnes de conſtitutionibus . Et
fit conſtitutio propriē a principe cum
ſuis conſiliarijs, ſecundum Panormi-
tanum,in rubric.eod. titu. quandoq;
a collegio, & de eius natura eſt , vt ſit
perpetua, niſi reuocetur. Non autem
ſic ordinationes, quæ a collegijs fiūt,
quia non ſunt perpetuae. Vnde Arch.
Flor.dicit; . part. titul. 24. capitul. 2.
§.4. quod ordinationes quæ fiunt in
capitulis generalibus, vel prouincia-
bus, obligant uſque ad ſequens capi-
tulum , poſtquam promulgatae fue-
rint, ſed poſt quam non practicantur
in obſeruando, vel non publicantur,
vel a fortiori, quod non ſunt in me-
moriam, non obligant.

2 Q U A N D O pralatus aliiquid ordi-
nat ſine collegio , durat tantum eius
pralatione durante , niſi authoritate
Papa fieret, ſecundum Archi. Floren.
ibi . Tunc enim durat , donec reu-
ocetur.

3 C O N S T I T V T I O nullaligat, vel
afficit ignorantes verē ſecundum Pan.
in 2.c. de constit.poſt glos. & ſi eſt ſy-
nodalis, vel prouincialis, & nō eſt po-
ſitus terminus, ſed ſit ſimpliciter, im-
mediatē ligat omnes ſcientes, igno-
rantes verò ad arbitrium boni homi-
nis. Papales poſt duos menses ligant,
i 4 nif



C O N S V E T V D O.

nisi sit terminus appositus, secundum Panor. suprà.

4 C O N S T I T U T I O iudicis secularis quæ specificè disponit super rebus Ecclesiæ, secundum Panorm. in c. ecclesia saecke Marit. de constituit, nō debet seruari, quia sit à non superiore, etiam si generaliter loquatur, cum non possit sine peccato seruari, non valet. Sed quando est generalis, & non contraria canonii, rationabilis, & ecclesiæ fauorabilis, est seruanda.

5 C O N S T I T U T I O principis contraria quæ sunt iure gentium, vel naturali facta ex rationabili causa, secundū doctores, & præcipue Panormitanus in capitul. quæ in ecclesiistarum de constitutionibus tenet, ut de præscriptione, & confiscatione honorum. Si autem non subest causa, & certum est, principem non posse statuere, vt in clemēt. pastoralis de re iudicata. vbi dicitur quod Imperator nō potest tollere re alterius sine causa, nisi in re parua, nō tenet. Non enim Imperator, nec Papa, sine causa auferre bona iuste possidentium possunt, quia contra ius naturæ est.

6 C O N S T I T U T I O Papæ, quæ à principio nō recipitur ipso scientie, & tolerante, secundum Panormitanum in cap. quia circa. de affinitate. & cōlanguinit. non obligat ad peccatum. Si vero à principio à maiori parte recipitur, obligat, quamvis minor pars non seruit, multa enim tolerantur per patientiam, quæ si fuerit in iudicio deducta exigente iustitia tolerari non debent. Non omnes constitutiones emanantes post compilationem decre talium habent vim, sed illæ de quibus fit mentio in. 6. Et nisi sint facta post dictū libro. 6. vt patet in prolo. sexti. Et quæ facta sunt inter sextum, & clement. tenent.

7 C O N S T I T U T I O , vel lex, seu statutum, in quo mandatur sic, videlicet prohibemus ne fiat tale quid. & qui fecerit illud, talem pœnam luat, ita quo ibi sunt duo precepta, obligat ad culpam, & ad pœnam, vt dicit An gelus versiculo, obedientia. §. primo.

secus secundum Henicum de Gan. quando est unum tantum precepitum, vt cum dicuntur, qui fecerit sic soluat talem pœnam, quia tunc ex forma statuti obligat tantum ad pœnam. Intellege post cōdemnationem iudicis notam, secundū glo. in c. fraternitatis. in fi. 12. q. 2. Similiter semper obligat ad mortale, quando imponitur pœna mutilationis, mortis, vel alterius grauis pœnae, quia exponere se periculo grauis mali, vel infamiae verisimiliter, nescio a mortali excusare, cum sit contra charitatem sui ipsius. Posset etiam esse mortale, quando transgredetur lex tantum penalitatem materiæ, quia videlicet continet aliquid necessarium ad salutem, vel propter contemptum. Vide infra, Lex. §. 4. & 11.

8 Q U A N D O princeps mandat fieri festum aliquod propter victoriam habitam, vel aliquid huiusmodi sub certa pœna, licet pœna possit exigi, transgredores tamen non peccant mortaliter. An autem constitutio obligat ad mortale, & quando, & quomodo. infra verbo, Lex. §. 4.

C O N S V E T V D O.

1 C O N S V E T V D O est quoddam ius non scriptum: assiduis actibus constitutum, quod pro lege suscipitur, cu deficit lex, in c. consuetudo. d. r.

2 C O N S V E T V D O habet vim legis & legem abolet, & interpretatrix legis est: quia quod multoties fit, videretur ex deliberato iudicio rationis prouenire secundum Tho. primus secundæ. q. 97. a. 5. Et secundum Pa. ir. c. fi. de consue. Etiam consuetudo asumit vires, ex autoritate Papæ, permittentis induci consuetudinem contra canones. Sic enim tolerando videretur approbare secundum Thom. suprà.

3 C O N S V E T V D O non potest mutare legem diuinam, nec naturale, secundum Tho. vbi suprà, & per doct. in dict. cap. fin. Potest tamen limitare, distinguere, declarare, augere, & huiusmodi, sicut potest ius positivum. Lex diuina dicit, in ore duorum, vel trium, sicut omne verbum, &c. Sed lex

